

Incipit liber Rabani Mauri. De Institutione clericorum.

### DE VNA ECCLESIA DEI. CA.I.

Ecclesia ergo dei catholica quę p totū orbem dilatata diffundit̄. christi nomine nobilitata glorificatur. Omnis enim homo qui recte fidei existit̄ p̄ticeps. & sacro baptismate regeneratur. a christo christianus uocatur. et dei patris atq̄ ecclesię matris noscīs esse filius. εκκλησία. Ecclesia grēcum est. quod in latīnum uertitur conuocatio siue conuentus. eo quod omnes conuocat ad se. καθολικος. Catholica autem dicitur idest uniuersalis. quia in toto mundo una est ecclesia christi. quę & sponsa christi & corpus eius est.

### DETribVS ORDINIBVS ECCLESIAE. Ca.II.

Vnt tamen tres ordines in ecclesia. Conuersatiū idest laicorū. mōachorū. & clericorū. Quorū primus idest laicus ordo. popularis interpretatur. λαος. Laos enim grēce. populus latine dicit̄. Secundus est Monachicus idest singulariter conuersans. hoc est a seculari conuersatione remotus. μοναχος. Monas enim grēce singularitas dicit̄. & μοναχος. Monachus singularis uel solitarius. Tercius est ordo clericalis. κληρος. Cleros quippe grēce. sors vel hereditas dicitur. Cleros autem uel clericos hinc appellatos doctores nostri dicunt. quia Mathias sorte electus est. quem primum ab apostolis legimus ordinatum. sic & eos quos illis temporibus ecclesiarū principes ordinabāt. sorte legebāt. Nā & hereditas grēce κληρονομια cleronomia appellat̄. & heres cleronomos. Propter ea ergo dicti sunt clerici quia de sorte sunt domini. uel quia domini partē habēt. sicut de eis scriptū est loquēte dñ. Ego hereditas eorum. Vnde oportet b.

ut qui deū hereditate possidēt, absq; ullo impedimēto  
seculi deo seruire studeant, ut congrue illud psalmiste  
dicere possint. Dominus pars hereditatis meę. Iste aut̄  
ordo preponit in ecclesia, quia iure in sanctis deseruit.  
& sacramenta populis dispensat. Sicut enim in ueteri  
testamēto, tribus Leui p̄ ceteris tribubus peculiarię  
a dño electa est, ad seruendum illi per diuersa officia  
in tabernaculo, quod est ecclesia presens, ut seruāt ei  
die ac nocte in tēplo sancto eius, ut sint populo in his que  
ad deum pertinēt, ut offerant deo dona & sacrificia.  
pro sua et populi ignorantia, ut iudicent inter iustum  
et iniustum, & discernat inter sanctū et profanū, inter  
pollutum et mundum, doceantq; populum dei omnia  
legittima eius et p̄cepta, que mandauerat ad eos.

## DE TONSVRA CLERICORVM.

Ca. III.

Onsura ecclesiastici usus a Nazareis (nī fallar)  
exorta est, qui prius crine seruato, denuo post  
uitę magnę cōtinentiā deuotiōe cōpleta caput  
radebant, & capillos in ignē sacrificij ponere iubebāt,  
scilicet ut p̄fectionem deuotionis suę dño cōsecrarent.  
Horum ergo exēplis, usus ab apostolis introductus est,  
vt hiij qui in diuinis cultibus mancipati dño consecrāt,  
quasi Nazarei idest sancti dei crine p̄ciso innouant.  
Hoc quippe Ezechielii prophetę iubetur, dicente dño.  
Tu fili hominis sume tibi gladiūm acutū, et duces per  
caput tuū et barbā, uidelicet quia & ipse ex sacerdotali  
genere deo in ministerio sanctificationis deseruiebat.  
Hoc et Nazareos illos Priscillā & aquilā in actib; apo  
stolorum primos fecisse legimus. Paulū quoq; aplm.  
et quosdā discipulorū christi, qui in huiusmodi cultu  
imitandi extiterunt. Est autē in clericis tonsura signū

Januāri⁹ Ann⁹